

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Ad
Celebrandum Festum Pascha Omnes Literatos & literarum fautores, praecipue
Cives academicos sedulo hortatur**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734927363>

Druck Freier  Zugang



R u. Progr. 16614
Hinrich Rudolf Redeker
Progr. ad primam Passam. A.E.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734927363/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734927363/phys_0002)



76.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS
Rector D. & P.P.
AD
CELEBRANDUM
FESTUM
PASCHA

Omnes Literatos & literarum
fautores, præcipue Cives academi-
cos sedulò hortatur.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Anno 1661.

R. R. Rostock. 1661



RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCH.
HEINRICUS RUDOLPHUS *Xedatci*
Civibus academicis
Salutem!

Elebramus hodiè C. A.
diem ineffabili admiratione stu-
pendum, quo Dux vita & mortis
sepulchri fores perrupit, & fata-
les urnas omnipotenti & triun-
phanti dextra perrupit. Duo e-
nīm in vita JESU CHRISTI re-
demtoris nostri tempora occur-
runt; Alterum exinanitionis & mi-
sericordia, quando inter ludibria, san-
nas & verbera Salvator mundi miserrimè exclamat: *Ver-
mis sum & non homo, opprobrium hominis & abjectio plebis Ps. 22.*
qualem etiam Pontius Pilatus vel ex admiratione, vel ex
dolore afflictionis & Iudaicæ feritatis designat voce sub-
tristi: *Ecce homo!* Alterum est Majestatis & gloriae, quan-
do glorioso triumpho claustra mortis fregit, ipsamque in-
fernī potestatem captivā duxit, & perpetuis vinculis con-
strinxit. Utrumque tempus gentium Apostolus verbis ve-
nerandis depingit: *Qui inquit cum effet in forma DEI, non
arbitratus est rapinam, se & qualem esse DEO; sed se ipsum exinan-
vit,*

*dit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus,
Et habitu inventus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Et DEUS exaltavit illum, Et nomen illi supra omne nomen donavit, ut in nomine IESU sct̄etur omne genu cœlestium, terrestrium Et inferorum, Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus DEUS JESUS CHRISTUS, in gloria est DEI Patris Phil. 2. vers. 6. Primum tempus non tantum in ejus nativitate, ac vita, sed præcipue in passione ejus acerbissima, & morte ignominiosissima, conspicuum est; quando celata dignitate divina, in humana forma quam induit, pro salute hominum passus & mortus est, de qua flebili historia hactenus Cathedræ Christianorū religiosè personarunt. Alterum tempus est gaudii & honoris, quod hodie cum lætitia & tripudio devote celebramus. Qui itaque hactenus adstitimus cruci JESU CHRISTI, & in morte sepultum gemitibus veneratis sumus; Jam pleni gaudio victorem ac triumphatorem infernalis Goliathi adoremus, & cum lacteo Lactantio alta voce dicamus:*

*Salva festa dies toto venerabilis ayo
qua DEUS infernum vicit Et astra tenet.*

Præsens enim dies tam religiosa & tam sancta est, ut à nullo mortalium satis laudari possit. Nullius enim diei major majestas, quam quando Salvator noster, qui, ut nos salveret à vinculis mortis & faucibus inferni, non tantum nostram naturam assumvit, verum etiam potenti sua dextra infernalem Pharaonem, hostem humani generis infensissimum funditus prostravit, & mortem in gloriosa victoria absorbuit; canamus itaque cum Ecclesia:

*Mors Et vita duello confixere mirando,
Dux vita mortuus regnat viribus.*

Dies hic, quo victoriā agni paschalis nixi, tutò dicere possumus: Absorpta est mors in victoria. Ubi ergo mors stimulus eius?

tuus? ubi ò inferne victoria tua? hanc victoriā D omni & resur-
rectionem gloriosam contemplatus divinus Apostolus,
tanquam laude adversus devictos hostes indepta canit: *Deo
autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrū Jesum
Christum, 1 Corintb. 15.* Gloriosa quidē populo DEI dies erat,
quando in mari rubro, quod hodiè Sinū arabicū dicimus,
Pharaonem potentissimum Regem Ægypti cum omni suo
exercitu videbat submersum, quare non inuste Miriam
cantabat Domino, qui eqvum & assessorē ejus, cœu perse-
cutorē divini nominis miraculosa virtute dejecerat in ma-
re. Gloriosa erat dies, quo David exilis staturā homo, qua-
dratum Goliathum Philistæorum Ducem sex cubitorum
altitudinem superantis, & undique bene loricatum & ad
terrorem armatum, lapide ē funda in faciem ejus projecto
heroica vi, in terram præcipitē dedit. Gloriosa etiam fuit
dies & miraculoſo factō præclara, quando Simson mille
Philistæos maxilla asini trucidavit, & illa celebris fuit, quæ
vidit interemtum Sisserā, cuius cerebellum Jael clavo te-
rebrarat. Imo plura passim in veteri & novo testamento
occurrunt facta, quæ diē certum fecere illustrem. Verum
nulla vel glorioſior, vel magis pulchra unquā extitit dies,
quam illa cuius jucundam memoriam hodie celebramus,
unde à Patribus dicitur festivitas festivitatum, & dies, quæ
præ aliis summam & peculiarem aliquam solennitatem
meretur. Quamvis etiam apud Judæos sanctissima fuerint
sacrificia, hoc die & aliàs peracta, tamen illa omnia quæ in
veteri testamento religioſe miramur, fuerint duntaxat ty-
pi, quib⁹ hoc sanctissimū sacrificiū, tot retro seculis promis-
sum, fuit designatum. Expiationis enim Sacrificium nullū
habemus tam plenum, præterquam quod sumimus noster
Sacerdos obtulit; quando se ipsum pro salute humani ge-
neris immolandum ignominiosæ morti præbuit, ut nos
a perpetua morte liberaret, mortis jacula reprimeret,
infer-

infernī fauces clauderet, nō bisque patens iter in æternam
beatitudinem pararet. Hic est agnus DEI, qui tollit pecca-
ta mundi, cui maculam inurere volebant Sacerdotes im-
purissimi, qui ipsum detulerant; Judas perfidissimus, qui
ipsum prodiderat; Herodes ferox, qui illum illuserat; Pila-
tus Ethnicus, qui illum damnaverat; Et populus furens,
qui mortis pœnam horrendo facinore exequebatur. Sed
hi omnes in vanum laborarunt, non enim poterat virtus
Altissimi tolli & Sanctus DEI manere in sepulchro. Hic est
agnus vere paschalis, qui uti hostia ad aram crūcis dedu-
ctus, non relutabatur, aut ab ara auffugebat, ne triste
auspiciū præ se ferret, sed sponte sese obtulit voluntati
Patris, ut pretioso suo sanguine humanum genus à cru-
ciatu infernali redimeret. Hic est cælestis Moïses, qui po-
pulum suum per mare rubrum triumphanti voce duxit, &
infernalem Pharaonem submersit! Hic est Rex Regum,
David, qui Goliathum ceu cerberum inferni interemit!
Hic fortissimus Samson, qui tot Dæmonum myriades,
trucidavit! Hic æternus Jael, qui Sisseram ceu leonem
rugientē domuit. Mors regulariter omnia humana solvit,
omnem potestatē terræ perrumpit, regnaturbat, regio-
nes vastat & populum dissipat: Verum Christus, qui ve-
rum nostrum sacrificium paschale est, quando verbera-
& cruciatus sustinuit, quando propter peccata hominum
in ignominiosa cruce pendit, quando extensis manibus
cœlum quasi terramq; attestatus, magna voce personuit,
consummatum est, quando sanguinem pretiosissimum
effudit, quando spiritum suum ab omni labe purissimum
in manus æterni patris commendavit: Omnibus illis, qui
extores cœlesti in vagis locis errabant, in pa-
triam æternam recepit, cœnitate donavit, & in regnum li-
berum adoptavit, fecitque, ut Sanctum illud Sanctorum
& thronus gratiæ omnibus pateret, omnes invitaret, o-
mnes-

mnesque qui vera fide eum amplectuntur, admitteret. Hic enim unicus Sacerdos unico isto holocausto, quo se ipsum mactandum tradidit, pro omnium hominum, qui fuerunt, sunt & erunt delictis satisfecit. Meritum enim ejus ab uno mundi termino se extendit ad alterum, adeoq; ab initio mundi ad finem. Siquidem hic agnus ab æterno spe mactatus est, ut in æternum prosit illis, qui in fide sanguine ejus aspersi sunt. Sicut igitur per unius hominis inobedientiam peccatum, & per unum peccatum condemnationem ad omnes homines pervenit, ita per unius obedientiam & justificationem vita & salus omnibus restituta est. Nam per inobedientiam Adæ omnes ejus posteri constituti sunt peccatores, hominis natura maledicta & sententia mortis condemnata: Sed irreprehensibilis obedientia Christi, qui ex consilio Patris humanam naturam induit, redditum & regressum ad illum statum in quo homo ante lapsum fuit, procuravit, omnia restituit. Et ita vere scriptura dicit, *per obedientiam unius, justicatos esse multos.* Ad illam autem humani generis restitutionem, non sufficiebat simpliciter hominis alicujus conditio: Sed ipse incarnatus DEI Filius debebat pro nobis fieri obediens. Descendit itaq; Christus de cœlo, ut faceret voluntatem patris, legis vigorem, cui homo ferendo impar erat, impleret, & poenam legis morte lueret. Neque tamen potuit Dominus Gloriarum crucifixus, in sepulchro permanere vel ullam corruptionem sentire, sed DEUS illum suscitavit ex mortuis. Nam propter peccata nostra mortuus, & propter justificationem nostram suscitatus est, Rom. 4. ubi D. THEODORETUS: Pronostris, inquit peccatis passionem subiit, ut nostrum debitum exsolveret, & ut ejus resurrectio, communem omnium resurrectionem procuraret, per illam enim & justificationis commoda accipimus. Et D. CIRILLUS de ReEt. fid. c. pen. Etenim inquit quemadmodum contigit ipsum in carne sua mortem pro nobis pati, ut postea infirmet mortis imperium:

perium: itare vivis sic iterum pro nobis renovans nobis redditum ad
immortalitatem, & transgressionis in Adam crimina abolens. Ju-
stificati enim sumus in Christo, qui abolet veteris illius maledicti
vim, per magnam suam obedientiam, liberatq; ab antiquis crimi-
nibus naturam. Itaque Christiani Cives dicamus grates Chri-
sto triumphatori, & cum Ecclesia devoto gaudio cana-
mus

Vita sanctorum, decus angelorum,

Vita cunctorum pariter piorum,

CHRISTE, qui mortis moriens ministrum exuperasti.

Præparemus cum honestis mulieribus aromata & ungu-
enta spiritualia, h. e oleum pœnitentiæ, & balsamum no-
væ obedientiæ. Præparemus novo triumphatori aram
puram, scilicet cor quod consecrandum est uni ac trino
Deo, illudq; coronemus non esculo, ut quondam ara Jo-
vis, non Lauro ut Apollinis, non Myrto ut Veneris, non
çupresso ut Ditis? Sed contritione, fide ac nova obediens-
tia. Non enim thura & odores ex Arabia allata incen-
denda sunt, quæ abominandum sæpe fœtorem ad Dei
nares evehunt. Sed totum corpus nostrum ita purge-
mus, ut Triumphator Christus, qui dissipavit inferorum
clastra, qui mortis stimulos fregit, qui leonem rugiente
& Pharaonem infernalē submersit, & saxum damnationis
amovit, in illo possit habere habitaculum. Cor nostrum
ita formemus, ut sit pudoris ac sanctimoniacæ contuberni-
um. Exsurgamus diluculo, ut simus mane cum Christo in
resurrectione, tenebras peccatorum excutiamus, ut
vivamus in luce. Qui enim mane Dominum
quærunt, invenient eum Proverb.

8.v.17.

Dabam sub sigillo Rectoratus, 14 Aprilis
Anno 1661,





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734927363/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734927363/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734927363/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734927363/phys_0012)



mnesque qui vera fide eum amplectuntur
enim unicus Sacerdos unico isto holoc
mactandum tradidit, pro omnium hominum
sunt & erunt delictis satisfecit. Mer
uno mundi termino se extendit ad alt
nitio mundi ad finem. Siquidem hi
spe mactatus est, ut in æternum pro
sanguine ejus aspersi sunt. Sicut igit
nis inobedientiam peccatum, & per un
demnatio ad omnes homines perve
obedientiam & justificationem vita &
stituta est. Nam per inobedientiam Adæ
constituti sunt peccatores, hominis i
sententia mortis condemnata: Sed irri
dientia Christi, qui ex consilio Patris h
induit, redditū & regressum ad illum st
ante lapsū fuit, procuravit, omnia r
scriptura dicit, per obedientiam unius, justi
illam autem humani generis restituti
bat simpliciter hominis alicujus
incarnatus DEI Filius debebat p
diens. Descendit itaq; Christus de c
luntatem patris, legis vigorem, i
mpar erat, impleret, & poenam legi.
Neque tamen potuit Dominus Gloria
chro permanere vel ullam corrupti
DEUS illum suscitavit ex mortuis.
ta nostra mortuus, & propter justifica
scitatus est, Rom. 4. ubi D. THEODORETUS
peccatis passionem subiit, ut nostrum debitu
resurrectio, communem omnium resur re
illum enim & justificationis commoda accip
LUS de Re Et. fid. c. pen. Etenim inquit quem
in carne sua mortem pro nobis pati, ut post



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTI
Scan Reference Chart T263 Serial No.

Image Engineering

ret. Hic
e ipsum
uerunt,
ejus ab
pq; abi
æterno
in fide
s homi
um con
r unius
ibus re
posteri
dicta &
llis obe
taturam
o homo
ita vere
ultos. Ad
sufficie
sed ipse
eri obe
eret vo
ferendo
lueret.
in sepul
ire, sed
r pecca
trum su
, inquit
Et ut ejus
aret, per
. CTRIL
igit ipsum
mortis im
perium: